

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 3: De periculosus Caput 49: De iudicio (5)

Idem (Gregorius, in *Moralibus*):

Quisquis stimulo divini amoris
excitatus, hic possessa reliquerit,
in iudicio
procul dubio culmen iudiciariae
potestatis obtinebit.

Neque enim plus quam duodecim iudices
illa interni consessus curia non habebit;
sed nimirum duodenario numero
quantitas universitatis exprimitur quia
quisquis, stimulo diuini amoris
excitatus, hic possessa reliquerit,
illic
procul dubio culmen iudiciariae
potestatis obtinebit,
ut simul tunc iudex cum iudice ueniat
qui nunc consideratione iudicii sese
spontanea paupertate castigat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 10.31
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.575, ll.12-
18).